## 16

## EPISTULA

(P. 59)

s. V vel VI p. Chr.

18 × 6 cent.

Empta est haec charta cum aliis, quarum nonnullae Oxyrhynchi repertae sunt. Miserrima eius condicio est, cum frustra abrepta sint, permultae litterae evanuerint. Scripta epistula litteris uncialibus est admixtis cursivis.

Pag. adversa

+ Ἀμφεῖ ὑμῶν ἢ κ]ηθεύου[σα. . .] η. ξανδι ἦν εὔρεται εἰς δία[ταν·  
ὁ λαμπρο(ότατος) κύριος [ὑμῶν] ὄρ[γλξ]ει. . . [.ω]ς, καὶ ὅτι διὰ τὰς ὑμῶν  
κελεύσεις ταῦτα π[ά]σχω ε. . . αχ [. . .] να δίκαιον λόγ[ον] ἔχει πρὸς σέ·  
ὑμέτερον οὖν τῶν σ[υ]μβ[ιωτῶν] ἔστιν τὸ παραινέσαι τῷ σοφωτάτῳ  
5 ὑμῶν ἀδελφῷ [τ]ὸ δίκαιό[ν] μου φ[υλ]άξαι ἐν τῇ κρίσει τοῦ προστίμ[ο]υ  
κ]αὶ [μ]ὴ ζημιωθ[ῆ]ναι με ἀλόγως· ἐλπίζω γὰρ εἰς θεὸν ὅτι. . . . .  
. . . . . τὰ]χα ἐλεύσεσθ[ε]. . . . . εἰσι καὶ ὅτι ὡς  
. . . . . κ]αὶ τὸ νόμιμον ὑπερ ἡμῶν ἔστιν.+

1 P. ὑμων 1. εὔρετε 2 P. ὑμων 4 P. ὑμετερον P. σοφωτῆ 5 P. ὑμων  
8 P. ὑπερ

+ *Indiligens est vestra prospiciens . . . , quam invenistis ad diiudicandum. Clarissimus dominus vester irascitur . . . , et quod propter vestra praecepta haec patior . . . iusta res est ei tecum. Vestrum igitur, qui familiares sitis illius, est monere sapientissimum vestrum fratrem, ut, quod iustum mihi est, observet in iudicio multae et provideat, ne insana poena afficiat; confido enim [deo] . . . et iustum a parte nostra est. +*

I Initio epistulae crucis signum est, quod multa per saecula potentissimi munimenti loco erat. Ab eodem permultae ordiuntur epistulae aetate Byzantina confectae. Praeter crucis signum saepissime epistulae initio chrismon illud ꝥ usurpatur, velut P. Iand. 22; quod exordio Copticarum epistularum non deesse solet, in quibus excipitur salutandi verbis (*Mitt. P. R.* V p. 24 sq.) ut P. Iand. 22. Ab hominibus Christianis inventum esse id chrismon dicebant prius; nunc censere malunt esse symbolum iam antiquissimis temporibus ab Aegyptiis usurpatum, quibus symbolo ꝥ vitae verbum depingebatur, qua de causa sepulcris inscribebant; cf. V. Gardthausen *Griechische Paläographie, Leipzig 1879* p. 117. *A guide to the Egyptian collections in the British Museum, London 1909* p. 284. Quod symbolum ab Aegyptiis usurpatum etiam in laterculo cryptae, quae Romae dedicata est sanctae Priscillae, offendi: *Römische Quartalschrift für christl. Altertumsk. und für Kirchengesch.* XX (1906) p. 17 (non est ꝥ illud pro ancora, ut iudicat I. Wilpert). εἰς δία[ταν] verba saepius inveniuntur in chartis Byzantina aetate confectis coniuncta cum (ἀν-, ἀπ-)ἐλθεῖν verbo, venire ad diiudicandum; quod iudicium arbiter facit (διδομένη κρίσις), in eo perseverant (ἐμμένειν), faciunt ut diiudicatum est (τὰ



ἀπὸ διαίτης ποιεῖν), velut P. Oxy. 1164, 8 (VI vel VII p.) ἐπιτρέψατε αὐτοῖς ἔλθειν εἰς διαίταν μετὰ τῶν ἑμῶν πρὸς ὃν ἂν ἐρήσωνται οἱ ἀμφοτέρω καὶ τὰ ἀπὸ διαίτης ποιῆσαι· παντὶ γὰρ τρόπῳ παρασκευάζω τοὺς ἑμούς ἐμμεῖναι τῇ δεδομένη αὐτοῖς κρῖσει.

3 δίκαιον λόγον ἔχει πρὸς σέ: in apochis qui receperunt affirmare solent haec fere *recepi neque ulla res est mihi tecum de his*, velut P. Grenf. I 81 a 5 (403 p.) ἔσχιον παρὰ σου καὶ πεπλήρωμαι τῶν μισθῶν. . . . . καὶ οὐδένα λόγον ἔχω πρὸς σέ περὶ τούτου.

4 τῶν συμβιωτῶν: συμβιώω et quae ab eo ducuntur verba de usu familiarissimo usurpantur: ὁ σύμβιος est maritus, ἡ σύμβιος uxor, ἡ συμβίωσις matrimonii vita communis. Hac in epistula *συμβιωταί* nominantur sodales societatis alicuius (lin. 5 ἀδελφῶ, cf. P. Iand. 10, 1 adn.). σοφωτάτω: appellantur honorifice hac voce aetate Byzantina et medici, velut P. form. min. 77, 1 (VI p.) τοῦ κυρίου Κολλούθου τοῦ σοφωτάτου ἀρχιατροῦ et, ut hac in epistula, iuris consulti, velut P. Oxy. 126, 6 (572 p.) θυγάτηρ τοῦ σοφωτάτου σχολαστικοῦ, homines igitur docti.

5 τὸ δίκαιόν μου φυλάξαι: cf. P. Oxy. 131, 25 (VI vel VII p.) καὶ παρακαλῶ τὸν ἑμὸν ἀγαθὸν δεσπότην παρασκευάσαι πρὸς ὃ εἶπεν ὁ πατήρ μου φυλαχθῆναι μοι τὸ δίκαιον. P. Cairo Cat. 67066, 5 (aet. Byzant.); simile est illud P. Oxy. 486, 34 (131 p.) ἵνα τὰ ἐμαντῆς δίκαια λάβω.

8 ὑπὲρ ἡμῶν: cf. quae Christus apud Marcum 9, 40 dicit ὃς γὰρ οὐκ ἔστιν καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἔστιν. Concluditur epistula signo crucis ut BGU. 103 (VI/VII p.), P. Iand. 18. 19, multae epistulae Copticae (*Mitt. P. R.* V p. 37).

## 17

## DOROTHEI AD THALASSIUM EPISTULA

(P. 27)

s. VI vel VII p. Chr.

18 × 21 cent.

Repertam esse hanc chartam Oxyrhynchi verisimile est (cf. lin. 3). Ab imo mutila est. Confecta est epistula cursivis litteris, quae saepe evanuerunt fere.

Pag. adversa

Κυρίῳ μου τιμιωτάτῳ ἀ[δελφῶ] Θαλασσίῳ  
Δωρόθεος.

θέλησον ἐπιζητῆσαι ἐν Ὁξυρύνχῳ ἐν τῷ ἀ-  
παντητηρίῳ Δίδυμον τὸν πελλοδόχον  
5 καὶ δεξασθαι π[αρ] ἀ[υ] τοῦ τὸ σύνθεμα, ὅπερ  
ἐληθάργησα β[άλ]αι, καὶ τὸ ξριογλαῦσιν, ὅπερ  
αὐτῷ βαρέσχο[ν] εἶνα αὐτὸ βάψη, καὶ δοῦναι  
αὐτῷ (μεγάτιον) ἄ ὑπὲρ τῆς βαφῆς μισθόν· καὶ  
εἰ μὲν ἐδέξατο ὁ ἀδελφὸς Ἀναστά(σιος) τὸ  
10 σύνθεμα, ἐπ[ι]ξ[η]τ[η]σ[α]ι [αὐτὸν]. ε[.].

Pag. aversa

Κυρίῳ μου ἀδελφῶ Θαλα[σ]σίῳ

1 (item in pag. aversa) 1. Θαλασσίῳ 61. πάλαι 71. παρέσχον ἵνα 8 P. 2α

*Domino meo honoratissimo fratri Thalassio Dorotheus. Velis indagare Oxyrhynchi in deversorio Didymum, qui pelles recipit, et accipere ab eo synthesin, quam oblitus sum aliquando, atque erioглаunidium, quod ei tradidi, ut tingeret, et dare ei siliquam tingendi mercedem, et si accepit frater Anastasius synthesin, indagare eum.*

1 cf. P. Giss. 54, 1 (IV/V p.) Κυρίῳ μου τιμιωτάτῳ ἀδελφῶ Ὀλυμπιόδωρῳ καὶ Ἐρμακείῳ Κῦρος ἐν κυρίῳ χαιρεῖν. Quod hac in epistula χαιρεῖν non est, v. quae contulit Ziemann l. c. p. 269. In Latinarum quoque epistularum praescripto *salutem (dicit)* saepe deest. Θαλασσίῳ: Θαλασσία nomen in titulo Lugdunensi aetate Christiana excuso invenitur: E. Maass *Aphrodite und die hl. Pelagia. Neue Jahrb. XIV 1 p. 467.*

3 Praeter θέλησον verbum initio epistulae vel σπούδασον vel καταξιῶσον invitatio est. ἀπαντητηρίῳ: Corp. Glossar. Latin. ἀπαντητήριον· *apanteterium, deversorium*. Huius deversorii adhuc in papyris Oxyrhynchi repertis atque publici iuris factis mentio non fit.

4 τὸν πελλοδόχον: nusquam alibi usurpatur. Componitur e πέλλα et -δόχος (-δόκος) quod a δέχομαι verbo ducitur; comparentur igitur οὐροδόχος (de vase dictum), ξενοδόχος. Ut πελλογράφος is nominatur, qui pelles suit, ita Didymus ille πελλοδόχος, quod pelles recipit, subigendi causa ut videtur.

5 τὸ σύνθεμα: usurpatur ut in hac epistula in charta Arabum aetate confecta, qua pecuniae expensae initur ratio, BGU. 809, 10 (ὑπὲρ) *συνθεμάτων*. Vestem dici puto, cui σύνθεσις nomen solet esse (P. Giss. 21, 8 [II p.] *συνθεσιδίου*), de qua conferas P. Hamb. 10, 13 adn.

6 βάλαι pro πάλαι ut lin. 7 βαρέσχον pro παρέσχον, cf. E. Mayser l. c. p. 174. 185. ξριογλαῦσιν fort. corrigendum est in ἐριογλαυ(νί)σιν, quod componitur ex ξριον et γλαυνίδιον verbis, cf. ἐριόξυλον, ἐριοπάλιον; γλαυνίδιον, quod adhuc nusquam inventum esse videtur, deminutivum γλαυνός verbi est, de quo v. Poll. VII 48: εἶδος χιτῶνος. Quod hac in epistula -γλαῦσιν vel -γλαυ(νί)σιν est, cf. P. Iand. 11, 2 adn. et 9, 40 adn.

## 18

## EPISTULA

(P. 34)

s. VI vel VII p. Chr.

31,5 × 9 cent.

Empta est haec charta cum aliis, quarum nonnullae Oxyrhynchi repertae sunt. A summo papyrus mutila est. Confecta est epistula cursivis litteris.

## Pag. a versa

[  
κατὰ τεσσεράκοντα, οὐ πωλείται τὸ μέ[λι]ν ἐνταῦθα· καὶ ἐδυνήθημ[εν]  
οὐδαμῶς  
ἀναγκάσαι τοὺς πωλοῦντας καὶ λαβεῖν κατὰ ἕ.ε. καὶ εἰ μὴ τὰ εἴκο[σ]ι τρία  
κεράτια Ἀλεξανδρείας τὰ πεμφθέντα μοι διὰ τοῦ Ἀσκληᾶ τὰ ποιήσαντα  
δημόσια  
5 εἴκοσι δύο κέρατια, οὐδὲν ἔλαβον ἐκ τῶν τριῶν νομισμάτων. λοιπὸν  
καταξιώσης  
τὸ ὑπόλοιπον τῶν τριῶν νομισμάτων πέμψαι μοι ἐνταῦθα, ἵνα δώσω  
τοῖς πωλήσασιν  
τὸ μέλι, ἐπειδὴ ἀναγκάζομαι παρ' αὐτῶν· ἦδη γὰρ τὸ μέλι κατήγγισα  
καὶ ἔβαλα εἰς τὴν Καρίδα.  
καὶ γράφω σοι κατὰ πόδα τούτων τὸ εἰς πόσα Κνίδια κατήγγισα τὸ  
μέλι. +

1 litterarum vestigia apparent parva 5 l. καταξιώσεις 6 P. ὑπολοιπον  
P. ἵνα 8 litterae plurimae vix cernuntur

.. [nisi accipiunt qui vendunt] quadragenas siliquias, non venit mel hic. Neque ullo modo potuimus cogere eos qui vendunt etiam tricenas quinias accipere. Et nisi illas viginti tres siliquias Alexandrinas missas mihi per Asclam, quae efficiebant publicas illas viginti duas siliquias, nihil accepi illorum trium solidorum. Velis igitur quod reliquum est illorum trium solidorum mittere mihi hic, ut dem eis qui vendiderunt mel, quod urgeor ab eis. Nam mel in vasa iam infudi et in Caricam imposui. Atque scribam tibi brevissimo post in quot Cnidias mensuras infuderim mel. +

Quod haec epistula inscripta est aversae papyri parti — i. e. versus e-cant fibras —, consuetudo est aetate Byzantina observata, cf. P. Oxy. 940.

1 Hac in linea haec fere fuerunt ἐὰν μὴ λάβωσιν οἱ πωλοῦντες].

2 τὸ μέλι: idem lin. 7. 8, addita ν nasali ex analogia substantivorum neutr. gen. decl. II quae finiuntur -ιν pro -ιον syllaba (cf. P. Iand. 9, 35), velut πορφύριν, ληκύθιν; v. E. Mayser l. c. p. 198β.

4 Ἀσκληᾶ: usurpatur etiam Ἀσκληᾶτος genetivus, velut P. Lond. 257, 120 II 24 (94 p.). Ἀσκληᾶς hypocoristicum nominis Ἀσκληπιάδης est.

4 sq. δημόσια εἴκοσι δύο κέρατια: dicuntur τὰ κανονικά, cf. P. Oxy. 126 (572 p.): penduntur unoquoque anno (lin. 9 καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. lin. 24 ἐτησία συντελεῖα τῶν δημοσίων) ἐμβολή καὶ χρυσικά (lin. 9). Constat ἐμβολή e sexaginta tribus frumenti artabis, quarum pars Constantinopolim mittitur, pars — ab initio saeculi quarti p. Chr. — Alexandriae relinquuntur (lin. 11 sq. εἰς μὲν ἐμβολὴν σίτου κανόνος ἀρτάβας ἐξήκοντα τρεῖς μετὰ τῶν τούτων ναύλων Ἀλεξανδρείας καὶ μεταφορᾶς καὶ παντοίων ἀναλωμάτων). Τὰ χρυσικά dividuntur in τὰ κανονικά, viginti duas siliquias (lin. 12 sqq. καὶ ὑπὲρ κανονικῶν . . . . . χρυσοῦ κέρατια εἴκοσι δύο δημοσίῳ ζυγῶ) et τὰ ἀσκαρικά, viginti quattuor sili-

quas (lin. 14 sqq. καὶ ὑπὲρ ἀσκαρικῶν . . . . . χρυσοῦ κέρατια εἴκοσι δύο ἡμισυ ὀβρυζιακὰ εἰς δημοσίῳ κέρατια εἴκοσι τέσσαρα). Viginti tres siliquae Alexandrinae efficere dicuntur viginti duas siliquas publicas, quia solidus Alexandrinus ad solidum publicum eam fere rationem habebat quam 146 ad 145, cf. P. Oxy. 154 v. 13 adn. (VII p.) the ratios between the solidi of the 3 standards (private, public and Alexandrian) are roughly 161 : 145 : 146.

6 ἵνα δώσω: in chartis et ἔδωκα aoristus invenitur et ἔδωσα, ut qui Neo-Graecorum utantur sermone vulgari ἔδωκα et ἔδωσα aoristum usurpant, cf. A. Thumb l. c. p. 133. Talia sunt P. Oxy. 599 (I vel II p.) ἕως δώσης, P. Oxy. 1066, 12 (III p.) ἔδωσεν, BGU. 546, 2 (aetatis Byzant.) μὴ δόσης, P. Iand. 24, 2 ἵνα δώση.

7 ἔβαλα εἰς τὴν Καρίδα: navem dici opinor, propter structurae genus nominatam; ut constat de eis navibus, quibus nomen est αἱ Λιβυρινίδες (vel τὰ Λιβυρινικά). Neque veri dissimile est Cares, qui multum in mari versabantur, insigni navium specie usos esse, quae ab eis nomen Καρίδες duxerint. De aoristo ἔβαλα cf. E. Mayser l. c. p. 368 sq.

8 κατὰ πόδα τούτων: cf. Polyb. III 45, 5 τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας. γράφω σοι . . . τὸ εἰς πόσα Κνίδια: cf. P. Lond. 1349, 21 IV 22 (710 p.) μέλλομεν τοῖνον καταμαθεῖν . . τὸ πῶς διαγίνῃ. Mellis, quod Cnidias vasis continetur, etiam P. Oxy. 155, 3 (VI p.) mentio fit; cf. P. Iand. 8, 6 adn. Promittit qui hanc confecit epistulam statim altera charta nuntiaturum se esse, quot in Cnidias mensuras infuderit mel. Nam non perfecerat hoc infundendi opus, cum tabellario epistulam hanc tradidit. Simile quid accidit villico, qui ad dominum suum epistulam BGU. 1039 (aetatis Byzant.) misit; in lin. 10 sqq. est τὴν δὲ ζύσιν τοῦ οἴνου οὐκ ἐδυνήθην δηλώσαι ὑμῖν διὰ τὸ πρὸ τοῦ τὸν οἴνον ἀντληθῆναι ὄλον ἐξελεθεῖν τὸν γραμματεφόρον.

## 19

## FRAGMENTUM EPISTULAE

(P. 33)

s. VI vel VII p. Chr.

25 × 8 cent.

Empta est haec charta cum aliis, quarum nonnullae Oxyrhynchi repertae sunt. Mutila est papyrus et a summo et ab utroque latere. Scripta est epistula cursivis litteris maximis pulcherrimisque.

## Pag. a versa

[  
] ὑπενέγκαι· ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἀγγέλους καὶ Ἰωάννην τὸν τα[ξέω]τ[η]ν  
] εἰς ὄλους τοὺς ὄρμους· καὶ μὴ παρέλθωσιν διὰ πλοίων καὶ  
] ἀνερχομένων· προφάσεις γὰρ θέλωσιν οἱ τῶν ὄρμω[ν]  
] ἀλλ' ὁ θεὸς ἔχει βοηθήσαι. ]

2 P. ὑπενεγκαι

2 τα[ξέω]τ[η]ν: Sophocles s. v. taxeota, magistrate's assistant.

4 Haec fere addantur φύλακες ποιεῖσθαι: *causis enim volunt portuum custodes uti*; conferas P. Amh. 3a II 7 (III p.) προφάσεις και ἀναβολὰς και ἀναδόσεις ποιησάμενος. οἱ τῶν ὄρμων φύλακες commemorantur P. Teb. 370, 5 (II vel III p.) al. Θέλωσιν pro θέλουσιν est, qualia iam in chartis Lagidarum aetate scriptis inveniuntur, cf. E. Maysner l. c. p. 100.

5 ὁ θεὸς ἔχει βοηθῆσαι: cf. P. Cairo Cat. 67077, 12 (aet. Byz.) τοῦ θεοῦ οὖν ἔστι βοηθῆσαι εἰς τὸ σωθῆναι αὐτόν. ἔγω saepe in chartis cum inf. aor. verbi coniungitur, velut P. Grenf. I 64, 6 (VI vel VII p.) ἐλπίζω εἰς τὸν θεὸν ὅτι ἐκότερον ἔχει προβῆναι. P. Iand. 23, 13.

## 20

## IOANNIS AD SERENUM EPISTULA

(P. 11) s. VI vel VII p. Chr. frgm. I 14 × 10 cent.  
frgm. II 9 × 10 cent.

Reperta esse videtur haec charta Oxyrhynchi; empta enim est cum aliis, quarum nonnullae ibi repertae sunt, et lin. 3 Pacercae vici in nomo Oxyrhynchita siti mentio fit. Pars media epistulae intercidit. Scripta est epistula litteris cursivis, quae saepe vix cernuntur.

## Pag. adversa

† ξενίζομαι. . . . νῦν ἕως σήμερον οὐδὲν ἔδωκέ μοι ἀπὸ τοῦ χρυσίου,  
ἀλλὰ ἀφήκέ  
με ἐνοχλο[ύμ]ενος παρὰ τε τῶν π[ρακτόρων] και τοῦ . . . . .]κου. κὰν  
νῦν γράψω  
μοι εἰ ἐπληρώθης παρὰ Μαρτυρίου τὰ [. . . . . ἀ κε]χο[ρήκα]τε ἐπὶ  
Πακέρκη· ἐὰν οὖν  
πληρωθῆ[ς] σὺ τοῦ Μαρτυρίου και τὰ τοῦ Πακέρ[χίτου] . . . . .]αι  
θεως καθὼς εἶπές με.  
5 θελήσατε ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ποσόμπους κ[αὶ] . . . λαβεῖν τῶ] Μηνᾶ  
και σοί, Σεργῆνε·  
μὴ θελήσατε λαβεῖν σοι ἐκ τοῦ Ἀμολεῖ[τος] . . . . . ἀλλὰ ἔασον  
τὸν Μηνᾶν  
και τὸν παῖδαν λαβεῖν· τὰ λοιπὰ δομελ[ . . . . . σοί, Σ]εργῆνε,  
στήσον τὸ χρυσίον  
Ποσόμπους· ἐὰν οὖν ἔλθης ἐκεῖσ[ε], μὴ ἀμελήσης τούτου, ἐπει[δὴ]  
χρεωστοῦμαι φανερὰ  
κεράτια Ἀλ[εξανδρείας] χρ[υσοῦ] ἰ ἑ λνδ[ικτίωνος]· βλέπε οὖν μὴ [ἄλλως]  
ποιήσης· . . . . .]ποδοκαλιν μετὰ τοῦ  
10 χρυσίου και μετὰ ἐνὸς ἀγροφύλακος [. . . . .].  
τι ἀπεσακρίβωσεν  
Παῦλος μετὰ Μαρτυρίου.

## Pag. aversa

+ και ἐὰν οἶδες, Μηνᾶ, ὅτι τημωρ[ . . . . . ἄχ]ρει  
ἂν σε ἔχω· ἐπειδὴ  
πολλὰ κακὰ και ἀνύσια δῆματ[α  
] . ταθ . . . πα Σεργῆνε  
] π(αρά) Ἰωάννου

6 σοι, σ ex ι corr. P. 1. Ἀμολεῖτος 9 P. κεράτια ἢ χρ[υσοῦ] ἰ λνδ/ pag.  
avers. 1 l. τημωρ[ 1. ἄχρει 3 sq. in frgm. I sunt; ante παρα exstant duo signa  
lunulis inter se oppositis haud dissimilia

*Admiror . . . unum ad hunc diem nihil [dedisse mihi] auri; sed dimisit me, cum urgeretur et a [coactoribus et a] . . . . . Nunc saltem scribe ad me, num satisfactum sit tibi a Martyrio de [pecunia, quam] dedistis mutuam Pacercae. Sed si satisfactum est tibi a Martyrio etiam de Pacercitae . . . ut dixisti mihi. Velitis proficisci in Posompis domum et . . . [tollere] Menae atque tibi, Serene. Nolite tollere tibi ex Amoletis domo . . .; sed sinas Menam etiam puerum tollere. . . [tibi], Serene, constitue aurum Posompis. Si veneris illuc, [ne neglegas hoc] quod debentur mihi certae siliquae Alexandrinae auri decem quintae indictionis. Vide igitur, ne [aliter facias]. . .*

Alloquitur Ioannes in parte adversa, cui chrismon praeposuit, Serenum; altera epistula, quae in parte aversa a crucis signo orditur, Menam. Serenus et Menas una nominantur lin. 5, quos invitat Ioannes, ut in Posompis domum abeant. BGU. 775 (II p.) similiter in eadem charta duo epistulae mittuntur, altera alteri. Contra saepissime accidit, ut epistulae ad diversos scriptae una complerentur, consentientur, per tabellarium ad eundem perferantur, velut BGU. 1204, 3 τὰ πρὸς Πανίσκου γραμματα συνεσφράγισμαι ὑμῖν.

1 ξενίζομαι: eadem fere inveniuntur P. Strassb. 35, 6 (IV/V p.) ξενίζομαι μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας πῶς οὐκ . . . Usurpat hoc verbum Petrus apostolus I 4, 4. 12. Saepius autem adhibetur θαυμάζω velut P. Oxy. 123, 5 (III/IV p.) πάντῃ θαυμάζω, νίε μου, μέχρις σήμερον γραμματὰ σου οὐκ ἔλαβον . . . . . κὰν ὄς, δέσποτά μοι, ἀντιγραφόν μοι ἐν τάχει. ἀλλὰ ἀφήκέ με: cf. BGU. 814, 15 (III p.) οὐδὲν μοι ἐπεμψες, ἀλλὰ ἀφήκές μοι οὕτως μηδὲν ἔχων.

2 ἐνοχλούμενος παρὰ τε τῶν π[ρακτόρων]: cf. BGU. 826, 24 (II/III p.) ἐὰν ὀχληθῶ ὑπὸ τῶν π[ρακτόρων] cum adn.

3 ἐπληρώθης: permultae chartae, quibus de pecunia soluta agitur, ab his incipiunt: ἔσχον και ἐπληρώθην παρὰ . . . . . In Coptice quoque chartis talia sunt: Ich, Philippikos, . . . . . schreibe an Tarchon: ich habe erhalten und bin befriedigt von dir (ΔΙΧΙ ΔΙΠΛΗΡΟΥ) Mitt. P. R. V p. 38. Atque hic πληρώω verbi usus est, ut dicant πληρώω τινί τι vel τινά τι satisfacio alicui de aliqua re, πληροῦμαι τι παρὰ τινος satisfit mihi de aliqua re ab aliquo.

4 εἶπές με: με et μοι saepe sine ullo discrimine usurpantur. Ut hac in epistula με pro μοι est, ita P. Grenf. II 38, 14 (Ia.) γράφωμαι σε. P. Oxy. 119, 4 (II vel III p.) οὐ μὴ γράψω σε ἐπιστολήν οὔτε λαλῶ σε. Contra μοι pro με invenitur BGU. 814, 16 ἀφήκές μοι. Vulgari Neo-Graecorum sermone deest datus casus.



5 ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ποσόμπους: cf. P. Iand. 14, 5 cum adn. Μηνᾶ: Menas nomen Romana et Byzantina aetate permultis Aegyptiis est, cum Christiani Aegyptii Menam quendam, qui anno 296 fidem Christianam professus occisus erat, praeter ceteros venerati sint. Saeculo sexto et septimo cultus huius martyris maxime florebat; cui in Libycis desertis Constantini imperatoris auxilio pulcherrima illa ecclesia aedificata est, ab Arcadio imperatore postea amplificata, quam innumerabiles adibant. Hanc „gloriam totius Libyae“ arenae eripuerunt C. M. Kaufmann et J. C. E. Falls annis 1905/08. Cf. C. M. Kaufmann *Die Ausgrabung der Menas-Heiligtümer in der Mareotiswüste. 1—3 Cairo 1906/08. J. C. E. Falls Drei Jahre in der Libyschen Wüste. Freiburg 1911.*

6 λαβεῖν σοι: cf. I Sam. 21, 9 εἰ ταύτην λήψη, σεαυτῷ λαβέ. Ἀμολῆς nomen invenitur P. Giss. 59 III 21 (119/20 p.).

7 παῖδαν servum esse videtur, ut Luc. 7, 7 παῖς nominatur qui 7, 2. 10 δοῦλος, vel Epicurus haec statuit in testamento p. 168, 10 Us. ἀφίημι δὲ τῶν παίδων ἐλεύθερον Μὺν Νικίαν Ἀύκωνα; eodem modo puer a Cicerone usurpatur, velut ad Att. I 1, 1. Servum igitur Posompis Menas accipiat, aurum Serenus. Atque interest Ioannis Serenum Posompis aurum accipere, cum ei decem auri siliquae debeantur, a Sereno ut videtur. στήσον: cf. Matth. 26, 15 οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια statuebant ei triginta argenteos. Marcus (14, 11) enim et Lucas (22, 5), cum de eadem re agunt, ἔστησαν verbi loco usurpant ἐπηγγέλλαντο et συνέθεντο. Simile quid in P. Louvre 10356 (216 p., *Festschrift zu O. Hirschfelds 60. Geburtstag. Berlin 1903 p. 104sq.*) invenitur: lin. 18 est ὑπέσχομτο . . . . . δώσειν . . . . . πυροῦ ἀργάβας ἐπτά; de eisdem artabis lin. 28 τὰς σταθείσας μοι πυροῦ ἀργάβας ἐπτά. Cf. etiam BGU. 456, 12 (348 p.) τιμῆς τῆς ἐσταμένης καὶ συμπεφωνημένης πρὸς ἀλλήλους.

8 φανερά κεράτια: comparentur φανερά ἀννῶνα BGU. 836, 3 (VI p.), φανερά κεφάλαια P. Lond. 992, 10 III 253 (507 p.), φανερόν χροῖος P. Lond. 1000, 4 III 250 (538 p.); φανερά χρήματα iam Lysias et Demosthenes dixerunt.

9 κεράτια Ἀλεξανδρείας χρ(υσοῦ) (δέκα): disponuntur in chartis plerumque ita χρυσοῦ κεράτια x Ἀλεξανδρείας. Ἀλεξανδρείας ni fallor scriptum αλ ut P. Lond. 1135, 5 c 5 I 212 (600 p.) Ἀρσινόϊτων suspensione αρ. Eodem modo abbreviatum est P. Iand. 25, 4; aliis in chartis αλεξανδρει, αλεξανδρ<sup>e</sup>, αλεξανδρ, αλεξαν<sup>d</sup>, αλεξα, αλεξ, αλε, αλ<sup>e</sup>.

10 voluitne ἀπεξηκριβῶσεν?

Pag. aversae 1 ἄχρει ἂν σε ἔχω: cf. P. Fay. 131, 1 (IV p.) ἔχετε με ἰς ὅσ' ἂν πάσχετε.

## 21

## MENAE NOTARII AD DOMINUM EPISTULAE FRAGMENTUM

(P. 42)

s. VI vel VII p. Chr.

20 × 12 cent.

Empta est haec charta cum aliis, quarum nonnullae Oxyrhynchi repertae sunt, et ipsa ibidem reperta esse videtur, cum lin. 2 vicus nomi Oxyrhynchitae nominetur. Et a summo et a sinistra papyrus mutila est. Scripta est epistula litteris cursivis.

Pag. aversa

].[.].[.].[.].

οὐδὲ μέχρη τῆς σήμερον ἦλθεν τὰ ἀν<τίγρα>φα· ἡμῶν τὰ ἐρχόμενα οὐκ οἶδα, δ[έ]σπο-  
τα, ]·ἔφθασα τὸ Σκ[έ]λος, ἐπόννη[σα τρῶ]ς  
πόδας καὶ ἕως σήμερον  
οὐκ ἐδυνήθησαν παρ' ἐμοῦ αἰ ]σιναι ξη<τη>θῆναι. ἀλλ<ὰ> παρακα-  
λέσατε τὸν Μέγα, εὐχέσθαι  
]μέχρη τῆς [σ]ήμερον οὐκ ἐπεμψέν  
μοι τὰ ἀντίγραφα·  
]·· ἐγὼ δὲ Μηνᾶς νοτά(ριος) ὑμέτερος  
δο[ῦ]λος προσκυνῶ τὸν ἐμὸν  
δεσπότην. + ]

4 l. εὐχέσθε 6 P. νοῖ

.. neque ad hunc diem] exemplaria advenerunt. Quae nobis futura sint, ignoro, domine, . . . perveni ad Scelos, in pedum incidi morbum et ad hunc diem a me non poterant . . . indagari. Sed monete Megan, precamini . . . ad hunc diem non misit mihi exemplaria . . . ego autem Menas notarius, servus vester, veneror meum [dominum.]

2 ἦλθεν τὰ ἀν<τίγρα>φα: cf. BGU. 93, 29 (II/III p.) τὸ βιβλίδιον ἐπέδωκα, οὐδέπω δὲ ἐξῆλθεν ἡ ὑπογρα(φή). Apollinaris Sidonius IX 15 venit in nostras a te profecta pagina manus. ἡμῶν τὰ ἐρχόμενα οὐκ οἶδα: cf. Ioannes 18, 4 εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτόν.

3 ἔφθασα τὸ Σκέλος: hic φθάνω verbi usus rarus est; simile quid a Sophocle s. v. affertur: φθάνω τὸν ποταμόν (Dorotheus, Migne 1637B). In chartis haec inveni: P. Flor. 9, 7 (225 p.) φθάσαντός μου πρὸς τοῖς μναιμίοις (μνημείοις?). BGU. 522, 5 (II p.) τῆς εἰς ἑπαντός (-άς) σου φιλανθρωπίας φθάνουσης. P. Lond. 1359, 16 IV 34 (710 p.) μέλλει φθάσαι σε . . . τὰ θλίβοντά σε. P. Lond. 1343, 23 IV 14 (709 p.) Σκέλος vicus in nomo Oxyrhynchita situs erat, cf. P. Oxy. 998 (VI p.). BGU. 960 et 966 (aetatis Byzant.) est ἀπερχομένοις εἰς τὸ σκέλος, sed nescio, quae regio Aegypti intellegatur. Saepè inveniuntur in chartis talia τὸ βορρηνὸν σκέλος, τὸ νότιον σκέλος . . . ἐπόνησα τοὺς πόδας: cf. BGU. 380, 7 (III p.) τὸν πόδαν πονεῖς.

4 Μέγας nomen invenitur P. form. min. 243, 2 (IV/V p.), 64, 1 (VI p.), 532, 2 (VII/VIII p.), P. Oxy. 141, 3 (503 p.). Hac in epistula Μέγα pro Μέγαν est, ν nasali non scripta; quod iam in chartis aetate Lagidarum confectis offendis, cf. E. Mayser l. c. 191 sqq.

6 Μηνᾶς νοτάριος: quamquam et aliis in papyris Menae notarii mentio fit (P. Oxy. 127, 4. 10 [VI p.] P. form. min. 339, 5 [VI p.] P. Lond. 113, 8b I 220, 4 [VII p.]), tamen quoniam frequens his saeculis Menae nomen est (cf. P. Iand. 20, 5), pro certo dici non potest Menam huius epistulae eundem esse. προσκυνῶ τὸν ἐμὸν δεσπότην: concluduntur nonnullae epistulae



hac venerandi affirmatione, velut P. Grenf. II 92, 3 (VI vel VII p.) διὰ παντός τοῦ γράμματος πλείστα προσκυνῶ καὶ ἀσπάζομαι τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρεπῆ ἀδελφότητα + P. Cairo Cat. 67077, 17 (aetat. Byzant.) τὰ λαμπρότατα ὑμῶν τέκνα πολλὰ προσκυνούσιν ὑμᾶς . . . . . καὶ ὁ ὑμέτερος δοῦλος. P. Oxy. 128 v, 12 (VI vel VII p.). Quae conclusio et Copticis epistulis est, cf. *Mitt. P. R. V* p. 35 sq. *ich grüße und bringe die Proskynesis dar meinem Herrn. — Deine Knechte, welche mit uns sind, . . . . . bringen im Staube Deiner heiligen Füße die Proskynesis dar.*

## 22

## SERENI ESAIAE AD DOMINUM EPISTULA

(P. 12)

Inter annos 619 et 629 p. Chr.

34 × 15 cent.

Empta est haec charta cum aliis, quarum nonnullae Oxyrhynchi repertae sunt. Multis hiat lacunis. Scripta est epistula cursivis litteris maximis.

Pag. aversa

+

† πρὸ μὲν πάντων γράφω· προσκυνῶ καὶ ἀσπάζο[μα] σε τὸν ἐμὸν  
δεσπότην, καὶ εἶνα μάθ[η]ς,

δέσποτα. συνηρότησόν μ[ο]ι καὶ βαστάξόν μοι, ἕως ὅτ[ι] β[ά]λ[ω] τ[ὸν]  
ρό[μ]ων τοῦτον καὶ ἔρχω·

ἐπιδὴ ἦδ[η]σε καὶ ἦ μεγαλοπρέπιά σου, ὅτι εἰς τὰς χεῖρα[ς] τ[ὴν] Περ-  
σῶν εἰμι. λοιπὸν τὴν

σωτηρίαν σου, δέσποτα, βαστάξ[ον] μοι, ἕως ὅτι εἰπάγω ἕ[ως] . . . ]ι-  
μουσιν τὸν ρόμον τοῦτον·

ἐπιδὴ ἦδ[η]σε καὶ ἦ μεγαλοπρέπιά σου, ὅτι δ[ι]ν[ά]ριον οὐκ ἔστιν] εἰς  
τὰς χεῖράς μου ἄρτι.

ὕγιενον, δέσποτα.

Pag. adversa

† δεσπότη ἐμῷ τὰ πάν[τα] μεγαλοπ[ρο]επειάτω . . . . . ] Σερήνος[ς]  
Ἡσαίας ἐλάχιστος δοῦλος σου +

2 P. προσκυνῶ 1. εἶνα 3 P. συνηροτησον P. ὅτι puncto inserto, it. 4. 5  
1. ρόμον 41. ἐπειδὴ εἶδ[η]σε 1. μεγαλοπρέπεια 1. τῶν Περσῶν 51. ὑπάγω  
61. ἐπειδὴ εἶδ[η]σε 1. μεγαλοπρέπεια P. σου 71. ὕγιαινον, P. ὑγιενον

*Ante omnia scribo: veneror et saluto te, dominum meum, atque ut certior fias, domine. Compara mihi et transvehe mihi, dum imponam hoc onus et veni(am). Nam comperit et magnificentia tua in manibus Persarum me esse. Per salutem igitur tuam, domine, transvehe mihi, dum subducam ad . . . imus in onus hoc. Nam comperit et magnificentia tua den[arium non esse] in manibus meis nunc. Vale, domine.*

2 Exordium huius epistulae simillimum est illis Copticarum multarum epistularum, quae ordiuntur a verbis *scribo (ct) saluto* velut + *Im Namen Gottes des Allmächtigen! Petre der Dolmetsch schreibt seinem Patron, dem Illustren Komtes Mena: vor allen Dingen bringe ich die Proskynesis dar Eurer Herrlichkeit. Mitt. P. R. V* p. 25 sqq. Quo Coptico more inchoatur etiam P. Grenf. II 91 (VI vel VII p.) πρὸ πάντων γράφω προσκυνῶν καὶ ἀσπάζόμενος τὰ τέμια ἔρχη τῶν ποδῶν τῆς ὑμετέρας πατρικῆς ἀγιοσύνης vel P. Cairo Cat. 67076 (aetat. Byzant.) . . διὰ τῆς παρουσίας ἐπιστολῆς γράφω προσκυνῶν τὸν ἐμὸν δεσπότην. εἶνα μάθ[η]ς: usurpatur saepius γράφω, ἔν' εἰδῆς.

3 sqq. Petit Serenus a domino, ut comparandis et transvehendis rebus prospiciat, dum ipse, qui adhuc in Persarum manibus est, onus quoddam in vehiculum impositum subducat ad vicum quendam atque veniat.

3 βάσταξον: βαστάξω est tollere, auferre (imprimis furto), transvehere, cf. P. Hamb. 10, 13 adn. Ut in hac epistula usurpatur P. Lond. 1346, 18 IV 19 (710 p.): μέλλεις ταῦτα διὰ σφράγας βαστάξαι . . . παρέχων τὸ φορετρον αὐτῶν, al. ἕως ὅτι (cf. lin. 5) nusquam coniuncta inveni; pro ἕως ὅτε videntur esse, ut P. Oxy. 119, 12 (II v. III p.) ὅτι pro ὅτε usurpatur, cf. Wilamowitz *Gött. gel. Anz.* 1898, 9 p. 686 adn. 1. E. Mayser l. c. p. 80 monet ε et ι vocales a Copticis simillima ratione enuntiatas esse atque ea de causa in Aegypto facile mutari. βάλω: cf. P. Iand. 18, 7 ἔβαλα εἰς τὴν Καρδα; usurpatur hac in epistula βάλω ut ἐμβάλλομαι P. Oxy. 919, 3 (182 p.) al. ἔρχω utrum pro ἔρχομαι scripserit Serenus an pro ἔρχον, non diiudico. ἔρχω pro ἔρχομαι dicit Persa Graece balbutiens in Timothei Persis v. 166 sq. οὐκέτι μάχεσθ' αὐτὶς ἐνθάδ' ἔρχω; de ω pro ου posito cf. E. Mayser l. c. p. 100. Sed hic exspectaveris aut ἔλθω aut ἐλθέ.

4 De εἰδησα aoristo cf. E. Mayser l. c. p. 370. εἰς τὰς χεῖρας τῶν Περσῶν εἰμι: cf. Matth. 26, 45 ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν. A Lagidarum aetate εἰς magis magisque ἐν praepositionis loco est; vulgari sermone Neo-Graecorum sola εἰς praepositio usurpatur, cf. A. Thumb l. c. p. 94 sq. Quod Serenus in Persarum manibus se esse dicit, verisimile est hanc epistulam inter annum 619 et 629 confectam esse; quo decennio copiae Persarum, quibus Chosroës secundus praeerat, Aegyptum occupaverunt. Chartae lingua Graeca confectae, quibus de hoc Persarum imperio certa referantur, adhuc publici iuris factae non sunt, cf. *Grdzge* p. 70 sq. (His temporibus scriptam esse chartam BGU. 377 Fr. Krebs, qui edidit, opinatur; est γνώσις τῶν δοθέντων εἰς τὸ μαγειρεῖον.)

4 sq. τὴν σωτηρίαν σου: per salutem alicuius affirmare solent in epistulis et Graecis et Latinis, cf. P. Oxy. 939, 20 (IV p.) νῆ γὰρ τὴν σὴν σωτηρίαν, κύριέ μου, ἧς μάλιστά μοι μέλει. P. Giss. 19, 10 (II p.). P. Strassb. Lat. 1, 13 (Arch. III p. 168 sqq.) *iuvo enim salutem communem et infantum nostrorum.* Plinius ad Traian. 83 *Kukula Rogatus, domine, . . . per ea, quae mihi et sunt et debent esse sanctissima, id est per aeternitatem tuam salutemque.* Hac in epistula desideratur νῆ; simile quid esse videtur P. Oxy. 941, 7 (VI p.) μόνον πάρεχέ μοι, τὸν δὲ θεόν σου. BGU. 643 (V vel VI p.) τὸν κύριον.

5 ]ιμουσιν ultimae litterae nominis vici alicuius esse videntur. Quod Serenus nonnulla eisdem fere verbis iterum expressit, id et in aliis epistulis Byzantina aetate confectis animadvertas, velut BGU. 818.

7 Concluduntur simili voto Copticae quoque epistulae, velut *Sei heil im Herrn, unser Herr!* + *Lebe wohl im Herrn, o Herr!* + *Mitt. P. R. V p. 36.*

In pag. adversa *μεγαλοπρ(επεστάτω)* supplevi, quod Serenus lin. 3. 5 allocutione *ἡ μεγαλοπρέπιά σου* utitur. Cf. P. Oxy. 1163, 5. 9. v. (V p.). Prima inscriptionis verba litteris magnis, ab ultimorum litteris diversis scripta sunt.

## 23

## FRAGMENTUM EPISTULAE

(P. 29)

s. VI vel VII p. Chr.

24,5 × 18 cent.

Reperta esse videtur haec charta Oxyrhynchi (cf. lin. 9 adn.). Papyrus a sinistra, ex parte etiam a dextera mutila est. Scripta est epistula litteris cursivis.

Pag. aversa

⏏

- c. 17 litt. ἐπ]ειδὴ ἔγραψές μοι ὅτι εἰ μὴ νο(μισματα) ἦ οὐ λαμβάνω· ἡμέριον καὶ νομ[ 6—10 litt.
- c. 19 ]τὴν οἰκίαν τοῦ γεούχου εἰ μὴ ἐγώ· μᾶλλον, ἀδελφε, οὐκ οἶδες [ἔτι 3—7 litt.
- c. 21 ]. ἀπὸ τοῦ χροσίου οὐ ἐλάβαμεν· τῷ γὰρ Ἀλφίω νο(μισματα) ἢ τῷ Ξέρ[. . . νο(μισματα) α,
- 5 c. 20 νό(μισμα) ἄλλ]ο, καὶ [ἄ]λλων νο(μισματα) κδ καὶ ἄλλα πολλὰ ἐρόγευσα. λοιπὸν κύριος[. . .
- c. 22 ].[. . .]σο ἀσημονήσαι ἔχω ἐγγὺς ὄλων τῶν προνοητῶν· εἶδοῦ[. . .
- c. 23 ]για τὰ ἀμφίβολα ὅλα ἤκουσαν παρὰ τοῦ κόμιτος, ὅ[τι] τὰ[. . .
- c. 15 εἰς τὴν ἐο]ρτὴν ἐξέρχεται ὁ Βοηθὸς παρέχων ὑμῖν τυλ[άρια]. . .
- c. 14 ταῦτα π]οίησον. μέμνημαι, ἀδελφε, ὅτι ὁ Ἰωάννης ὁ σταβλίτης εἶπεν
- 10 c. 15 ]. . . ἡ παρέχει Μάρθα. καὶ ἄρτι ἔγραψες ὅτι κατὰ ἢ μόνα· τὰ δυνατὰ σου
- c. 15 κατ]αβολὴν· κἀγὼ γὰρ ἀπολογοῦμαι σοι. οἶδες, ἀδελφε, ὅτι ἄλλα νο(μισματα) ὦ (τάλαντα) ἦ τοῦ
- c. 17 ]καὶ μὴ λάβομεν αὐτὰ (τάλαντα) ἦ. κύριος εἶπεν ὁ κόμις, ὅτι ἐὰν μείνη Χαμέ-
- νης c. 13 τ]οῦ πιττακίου ἀνὰ τκ ἦν ἔχει ὁ Ἰερὸς δοῦναι ἐκ τῶν ἰδίων. λοιπὸν οἶδαν
- c. 18 ]ν ἀπλῶς, μὴ γένηται ἀμέλειαν, ἵνα μὴ ἀποθανοῦσί με. ἔρο(ωσο).
- 15 c. 18 ]διὰ τὸν θεόν, πέμψον μοι, ἐπειδὴ χρεῖαν ἔχω, ἀδελφ(ε).

Pag. adversa

† ἐπίδ(ος) Τωθαμεί.[

2 P. ῥ η 4 P. ῥ λ 5 P. ῥ κδ 6 l. ἰδοῦ 8 P. ῥ μν 9 P. ἰωαννης  
10 P. ἰ 11 P. ῥ ω z η 12 l. λάβομεν P. z η 13 P. τκ P. ἰερους P. ἰδιων  
14 P. ἰνα

. . . cum scripseris ad me 'nisi solidos octo non accipio'. . . [nemo] . . . domum geüchi nisi ego. Potius, frater, nescis . . . auri, quod accepimus; Alphio enim (dedi?) solidos triginta, Xer- . . . [solidos x, . . . solidum] alium, et aliorum solidos viginti quattuor et alios multos erogavi. Ceterum dominus . . . turpiter me gerere possum apud omnes procuratores . . . dubia omnia audiverunt a comite 'haec . . . [ad] diem festum proficiscitur Boëthus, qui praebet vobis culcitas . . . [haec] fac. Memini, frater, Ioannem stabularium dicere . . . praebet Martha. Atque modo scripsisti 'triceni soli'. Quae fieri possunt a te . . . solvere; etenim ego expurgo me tibi. Scis, frater, alios solidos octingentos, talenta octo . . . et nisi accipimus ea talenta octo. Dixit comes dominus 'si manet Chamenes . . . scidae treceos vicenos, quam Hiereus potest dare e suis. Ceterum scio . . . simpliciter, ne fiat neglegentia, ne moriantur mihi. Vale . . . per deum, mitte mihi, cum egeam, frater.

Supra lineam primam est signum quod depravatam π litteram esse puto, quae lineam apposita (π/) in epistulis Byzantina aetate confectis saepius supra primam lineam invenitur velut P. Oxy. 1163 (V p.), P. Oxy. 1071 (V p.) P. Oxy. 155 (VI p.), P. Oxy. 941 (VI p.), P. Oxy. 1165 (VI p.), similiter P. Giss. 57 (VI/VII p.) H; depravata, ut hac in epistula, est π littera BGU. 874 (aetatis Byzant.) K, quod Wilcken annotat esse Ἰ(ησοῦ)ς nomen contractione scriptum; atque invenitur supra primam lineam epistularum medio aevo a mercatoribus scriptarum praeter alia etiam Iesus nomen, cf. G. Steinhausen *Der Kaufmann in der deutschen Vergangenheit. Leipzig 1899 p. 62* vel P. Lond. 1344 IV 16 (709/10) p. 11. π/ signum abbreviatio παρὰ praepositionis esse videtur (cf. P. Oxy. 941 adnot. 1), quacum nonnullarum epistularum initio coniungitur nomen illius, qui scripsit, cf. epistulas ab Alypio missas (P. Flor. 118 sqq. [III p.]) παρὰ Ἀλυπίου vel P. Lond. 962 III 210 (254 aut 261 p.) π(αρά) Ἡρακλείδου. Atque mansisse deinde hoc loco videtur, quamquam nomen illius, qui confecerat epistulam non additum est. Supra lineam primam aliarum epistularum Byzantina aetate confectarum est vel crucis signum, velut P. Oxy. 943 (VI p.), P. Oxy. 158 (VI vel VII p.), P. Iand. 22 (619/629 p.) vel χμγ velut BGU. 948 (IV/V p.), P. Oxy. 940 (V p.); quas litteras interpretari nuper varia ratione conati sunt Eb. Nestle, A. Dieterich, J. J. Smirnoff *Berl. philol. Wochenschr. XXVI (1906) 12 p. 381—384, 16 p. 510, 35 p. 1082—1088.* Quae symbola cum nonnunquam supra lineae primae mediam partem sint (P. Oxy. 158, BGU. 798, P. Iand. 22), hac quoque in epistula π littera illa depravata mediam partem lineae primae indicari puto, praesertim cum vestigia complicandi cernantur. Computari itaque potest, quot fere litterae a sinistra parte interierint; atque latam fuisse hanc epistulam triginta tres fere centesimas colligitur. Fuit magna sane epistula (33 × 18 cent.), et Synesius (ep. 53 p. 662 Hercher) de talibus iudicat: μήκος ἐπιστολῆς ἀνοικειότηα κατηγορεῖ τοῦ διακομίζοντος. Sed sunt epistulae Byzantina

aetate confectae quae comparari possint, velut BGU. 547: 35,5 × 18 cent. P. Gen. 14: 32 × 35 cent.

4 οὐ: cf. P. Lond. 1173, 6 III 208 (125 p.) ἀπὸ τῆς συμφωνίας ἧς ἐποίησας al.

5 ἐρόγευσα: Sophocles s. v. *ῥογά the Latin erogatio*. *ῥογεύω* praeterea est in charta Arabum aetate confecta, BGU. 304, 14 ἐτοίμως ἔχειν με ταύτας (sc. σίτου ἀράβας εἰκοσι) ῥογεῦσαι ὑμῖν ἐν ψωμίσι. *ῥογά* pecunia e tributis publicis data nominatur P. Lond. 1349, 14 IV 22 (710 p.), cf. P. Lond. 1433, 17 adn.

6 ἐγγύς usurpatur ut πρὸς praepositio (c. dat. et acc. coniuncta): P. Lond. 1081, 11 III 283 (VII p.) ἵνα μείνητε ἐγγύ[ς ἡμῶν]. P. Grenf. I 65, 6 (VI vel VII p.) ἦλθεν ἐγγύς μου. εἶδοῦ: cf. P. Cairo Cat. 67060, 6 (aet. Byz.) ἰδοῦ οὖν γέγραφα.

8 εἰς τὴν ἐο[ρτὴν] ἐξέρχεται: cf. P. Giss. 18, 11 (118 p.) εἰς τὰ Δημήτρια ἐλεύσεται. Qui in epistulis ἐξέρχονται, proficiscuntur ex ea regione, in qua qui epistulam conficit versatur. ἐξέρχεται παρχέων ὑμῖν τυλ[άρια]: cf. P. Oxy. 1159, 23 (III p.) ἐρχομένη ἔνεγκον τὸ τυλάριον τὸ παλαιὸν τὸ ἐν τῷ συμποσίῳ ἄνω. De τυλάριον verbo cf. P. Lond. 1348, 4 IV 21 adnot.

9 ὁ Ἰωάννης ὁ σταβλίτης: cum haec epistula empta sit cum aliis, quarum nonnullae ad Flavium Apionem Oxyrhynchitam pertineant, Ioannes stabularius huius epistulae idem esse videtur atque ille, qui nominatur P. Oxy. 138 (610/11 p.) et P. Oxy. 154 v. (VI p.). P. Oxy. 138: Ioanni, filio Theodori et oriundo ab Oxyrhyncho (lin. 11 sq.), qui fungitur munere *πανταρίου τοῦ ὀξέως δρόμου* Flavii Apionis (lin. 14 cf. P. Oxy. 154 v. 10 *Ἀνοῦπ καὶ Ἰωάννη νομικα(λοῖς) καὶ πανταρ(λοῖς) τοῦ ὀξέως δρόμου*), convenit cum Flavio Apione de cura *τοῦ βαδιστικοῦ στάβλου* Apionis, quae in annum (lin. 14) ad eum defertur. Ioannes stabularius, qui confecit apocham P. form. min. 96 (VII p.), alius est atque Oxyrhynchita; Menae enim filius et oriundus ab Arsinoïtarum urbe est (lin. 1 sq.). P. Oxy. 140 (550 p.) pactum est Aurelii Sereni stabularii cum Flavio Sereno quodam de cura stabuli *τοῦ αὐτοῦ ὀξέως δρόμου* Flavii Sereni, quae in annum — ut ad Ioannem P. Oxy. 138, 14 — ad eum defertur (lin. 10 sqq.). Eidem ut videtur Sereno, *σταβλι(η) τοῦ βαδιστικ(οῦ) στάβλ(ου)* (P. Oxy. 146, 1), anno 555 p. prospiciendum erat stabulo monasterii abbae Andreae. P. Lond. 1323, 2 III 252 (VII p.) *Κολλούθου τοῦ σταβλίτου* fit mentio. P. Lond. 1347, 16 IV 20 (710 p.) *ἀρχισταβλίτης* nominatur.

13 οἶδαν: cf. 14 ἀμέλειαν nasali *ν* addita; v. E. Mayser l. c. p. 198 e et 197 a.

14 ἵνα μὴ ἀποθανοῦσι: cf. P. Oxy. 1071, 4 (V p.) ἵνα ποιήσουσιν . . . καὶ πέμψουσιν. P. Oxy. 1068, 4 (III p.) εἶνα μοι πλοῖον διαπέμψεται, 19 εἶνα μοι μαρτυρήσουσιν. με pro μοι, cf. P. Iand. 20, 4 adn.

15 τὸν θεόν: cf. P. Cairo Cat. 67070, 4 (aetat. Byzant.) μὴ ἀμελήσητε οὖν διὰ τὸν θεὸν διὰ τὴν ἐμβολήν.

In pag. adversa ἐπίδ(ος) *Τωθαμει*. [: ἀπόδος et ἐπίδος saepe in epistulae inscriptione sunt; in charta iam secundi a. Chr. saeculi invenitur ἀπόδος εἰς

Παθῦρ(ιν) τῷ πατρὶ et in tergo antiquissimae Graecae epistulae *Jahreshefte des österr.-archäolog. Inst.* VII (1904) p. 94 sqq. φέρειν εἰς τὸν κέραμον τὸν χυτρικόν, ἀποδοῦναι δὲ *Ναυσία* ἢ *Θρασυκλή* ἢ *Θ'* *νῖω*. Dicebat enim qui epistulam confecerat talia tabellario ablaturo eam, cf. Xenophon Cyrop. IV 5, 34: Cyrus epistulam ad Cyaxaren a Medo perferri iubet his: *ταύτην αὐτῷ ἀπόδος* (eadem fere verba BGU. 948 v. [IV/V p.] *ἀπόδος ταύτην Θεοδοῦλου παρὰ Κοφαήνης*); Gerhard idem illustrat Ovidii versibus (metam. IX 568 sqq.): *deque suis unum famulis pudibunda vocavit et pavidum blandita 'Fer has, fidissime, nostrum' dixit et adiecit longo post tempore 'fratri'*. Cf. Ziemann l. c. p. 278 sqq. In tergo epistularum Latinarum hoc loco *des* fuisse videtur, cf. Cic. ad Att. VIII 5, 2 *tu fasciculum, qui est 'des M.' Curio' inscriptus, velim cures ad eum perferendum*. *Τωθαμει*. [ τῷ articulus non est, qui hoc loco cum nomine proprio coniungi non soleat (additus est falso ab eo qui edidit BGU. 384 v. ἀπόδ(ος) [τῆ] *Κλε*] *οπατρῶτι*).

Addam epistulas duas, in quas postquam accuratius inquisivi, num privatae essent dubitare coepi.

## 24

## FRAGMENTUM EPISTULAE

(P. 71)

s. VI vel VII p. Chr.

17 × 4 cent.

Empta est haec charta cum aliis, quarum nonnullae Oxyrhynchi repertae sunt. Mutila est papyrus ab imo et ab utroque latere. In parte adversa notae tachygraphicae esse videntur. Scripta est epistula litteris cursivis.

## Pag. aversa

Βίκτ[ωρ] ὁ ἐπιειμένος τῶν ἀγγαρευτῶν ἐπήρην τὸ κλ[ : παρακαλῶ σε οὖν, ἵνα ἡ σῆ]   
 γνησί[α] ἀδελφότης γράψῃ αὐτῷ, ἵνα δώσῃ μοι αὐτό· η[

2 P. ἵνα 1. αὐτὸ ultima littera aut η aut κ est.

Victor angareutarum praefectus incitavit (?) . . . [Te igitur invoco, ut tua nobilis] fraternitas scribat ad eum, ut det mihi id. . .

1 ὁ ἐπιειμένος τῶν ἀγγαρευτῶν: *Ἐπιειμένος* nomen in chartis aetate Byzantina et Arabum confectis invenitur, velut P. Lips. 90, 1 *ἐπιειμ(ενος) τῆς χειρογραφείας ἐμβολῆς*. BGU. 961, 1 *ἐπιειμ(ένους) χαρακόνων κοπής*. P. Lond. 1332, 5 IV 1 (708 p.) *τοὺς ἐπιειμ(ένους) τῶν φυγάδων* (adnotant editores *the commissioners for the fugitives i. e. the officials charged with the duty of searching for fugitives; for the use of ἐπιειμ(ένους) cf. 1348, 1 τὸν ἐπιειμ(ένον) τῆς ἐργασίας*). Nominantur inter alios, qui privato munere funguntur, *ἐπιειμ(ένους)* — sed non additur, cui muneri operam dent — P. Amh. 183 (VI p.) *]. ἠν βοηθ(ῶν) καὶ νοταρ(ῶν) καὶ ἐπιειμ(ένων) καὶ γραμμ(ατέων)*. Mentio fit



P. Lond. 1376, 6 IV 49 (711 p.) Abdelale cuiusdam, qui ἐπιχειμενος τῶν ἀγγαρευτῶν est ut Victor huius epistulae. Verisimile est angareutas pertinere ad institutum angariae, quae in Aegypto a Lagidarum aetate florebat atque imprimis militibus magistratibusque iumenta et vehicula agriculturalum praebebat, cf. Rostowzew, Angariae *Klio* VI (1906) p. 249 sqq. *Grdzge* p. 374 sqq. Sed pro certo dici non potest, quae condicio eorum fuerit. Quibus de angareutis agitur duabus epistulis missis ad Basilium, qui διοικητῆς κόμης Ἀφροδιτώ est. Cui P. Lond. 1356 IV 31 (710 p.) de angariis distribuendis praecepta dantur; P. Lond. 1376 IV 49 (711 p.) iubetur Basilium quattuor angareutas Abdelale illi, qui ἐπιχειμενος nominatur, mittere, qui sex per menses munus, quod ad carabos quosdam pertinet, obeant (lin. 5 ἐπὶ μῆνας ἕξ λόγῳ ὑπουργίας τῶν καρῶν ἐν τῇ νήσῳ Βαβυλωνος) quibusque merces detur. P. Lond. 1401 IV 72 (714 p.) idem iubetur quattuor angareutas ad varia munera obeunda mittere (lin. 4 λόγῳ ὑπουργίας διαφόρων ἐργασιῶν; quae explanantur lin. 12 sqq. λόγῳ τοῦ ἀποκρισιαρίου, λόγῳ τοῦ λογογράφου, λόγῳ ὑμετέρως ὑπουργίας); his quoque merces datur. Quod editores ad P. Lond. 1376 adnotaverunt ἀγγαρευτῶν non esse qui angariantur propter nominis genus (cf. παιδευτής, κελυτής), recte iudicavisse videntur. Sed quod interpretantur *foreman or superintendent*, moneo eos non satis distinxisse angareutas ab eorum praefecto Abdelale. ἡ σὴ γνησία ἀδελφότης: cf. P. Oxy. 943, 1 (IV p.).

2 δῶση: cf. P. Lond. 18, 6 adn.

## 25

## AD PAULUM MAIOREM ET IRENARCHAS EPISTULA

(P. 131)

s. VI vel VII p. Chr.

19 × 6 cent.

Repertam esse hanc chartam in nomo Oxyrhynchita verisimile est (cf. lin. 1). Abscissa est pars dextera papyri. Scripta est epistula litteris cursivis.

Ἡ Παύλῳ μεῖζ(ονι) καὶ εἰρηναρχ(αις) [κόμης Ὠφείως ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα. δεχόμενοι τὸ πιττάκιον παρ[ὰ σοῦ] ἐθέλομεν ἐκ[εῖσε ἀνελθεῖν καὶ ἐνεργεῖν μεθ' ἐατῶν καὶ τὸν γραμματέα ὀφείλοντα λαβεῖν [παρὰ τοῦ δεῖνος x ἡμῖσιν νομίσματα Ἀλεξανδρείας] καὶ ἐνεκεν τῶν αὐτῶν ἐκ[τ]οῦτε ὡσα[ύτως] αἰῶν τοῦς ἑαυτοῦ.

1 P. εἰρηναρχ<sup>λλ</sup>

2 P. πιττάκιον

4 P. ημισὺ

*Paulo maiori et irenarchis [vici Ophis . . et . . (salutem).] Accipientes scidam a te volumus illuc [proficisci et ducere] nobiscum scribam quoque, qui debet accipere [a . . x] solidos Alexandrinos atque dimidiam solidi partem. Et illorum gratia qui eum tum . .*

1 Παύλῳ: Paulum, cui missa est haec epistula, eundem atque illum fuisse verisimile est, cuius testamentum P. Oxy. 132 (VI vel VII p.) est; qua in charta cum nominetur μεῖζων Ὠφείως, in prima huius epistulae linea addidi

κόμης Ὠφείως. Ophis vicus prope Oxyrhynchum situs erat. μεῖζων (et μεζότερος) Byzantina aetate qui variis vici muneribus fungitur nominari solet, cf. P. Lond. 1343, 22 adn. IV 14. εἰρηναρχ(αις): irenarchae est securitati prospicere publicae, cf. P. Oxy. 80 (238/44 p.). P. Oxy. 108 v. (III p.). P. Amh. 146 (V p.) et al. In chartis Byzantina aetate confectis numerus pluralis verbi suspensione scripti iterata ultima consona littera indicatur, cf. P. Oxy. 141, 4 (503 p.) ἀγοφύλαξ i. e. ἀγοφύλαξι. Qui Latinus mos est, cf. *Grdzge* p. XLII.

2 δεχόμενοι: δέχεσθαι ἐπιστολήν, πιττάκιον . . in epistulis aetate Byzantina scriptis esse solet pro illis λαμβάνειν, κομίζεσθαι quae antea usurpabantur. τὸ πιττάκιον: inter ττ litteras hamulus est, ut P. Gen. 2, 1 (III p.) τὸ πιττάκιον. Quo de hamulo, qui inter similes et dissimiles consonas litteras invenitur, cf. *Grdzge* p. XLVII. ἐθέλομεν: semper fere his saeculis in chartis θέλω scribitur, quod et vulgari sermone Neo-Graecorum usurpatur; futurum quoque tempus θελήσω praefertur, cf. E. Mayser l. c. p. 350 sq. [ἐνεργεῖν] μεθ' ἐατῶν: cf. P. Lond. 1339, 3 IV 11 (709 p.) ἐνεργῶν μετὰ σεαυτοῦ οὔσπερ ὀνοματίσαμεν σοι ἄνδρας et Wilcken in Arch. V (1909) p. 243.

3 ἐατῶν pro ἡμῶν αὐτῶν, cf. E. Mayser l. c. p. 303 et 114 sq. ὀφείλοντα λαβεῖν: cf. P. Lond. 177, 12 II 167 (40/1 p.) ἡμῶν ὀφειλόντων παραλαβεῖν τὰ ταύτης ὑπάργοντα.



Fragment of a papyrus scroll containing a letter from Serapion to Numerianus. The text is written in a cursive script and is mostly illegible due to the fragment's damaged state. The fragment is divided into several sections by gaps and tears.

Fragment of a papyrus scroll containing a letter from Sereni Esaias to the Lord. The text is written in a cursive script and is mostly illegible due to the fragment's damaged state. The fragment is divided into several sections by gaps and tears.



13 Eubii ad Philoxenum filium epistula  
 Fragment of a papyrus scroll containing Greek text in a cursive hand. The text is arranged in approximately 15 horizontal lines. The papyrus is heavily damaged, with significant portions missing, particularly in the middle and lower sections. The ink is dark and the background is a light, fibrous texture.

13 Eubii ad Philoxenum filium epistula

Fragment of a papyrus scroll containing Greek text in a cursive hand. The text is arranged in approximately 10 horizontal lines. The papyrus is heavily damaged, with significant portions missing, particularly in the middle and lower sections. The ink is dark and the background is a light, fibrous texture.

Fragment of a papyrus scroll containing Greek text in a cursive hand. The text is arranged in approximately 10 horizontal lines. The papyrus is heavily damaged, with significant portions missing, particularly in the middle and lower sections. The ink is dark and the background is a light, fibrous texture.

20 Joannis ad Serenum epistula







REV15

ÚK PrF MU Brno



3129S04406